BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 12r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eos Et si absconditi fuerit in vertice car
meli inde scrutans aufferam eos Et si cela
uerint se ab oculis meis in fundo maris
ibi mandabo serpenti et mordebit eos, et si
abierint in captiuitate ibi mandabo gladio
et occidet eos. et ponam oculos meos sup
eos in malum et non in bonum etc.

Sequitur de peste / magis medicinaliter.

Pestilencia est aeris mutacio in cor
ruptione et putredine vel in pessi
ma qualitate propter egressionem
in suba vel qualitate vlr multis
pestifera. Sed pestilencia proprie
sumpta, est corruptio aeris secundum occultam
qualitate diuersorum morborum in genere
productiua, vel dic quod est corruptio aeris.
secundum occultam qualitate, ex qua apte sunt
fieri diuerse egritudines et in variis et
in diuersis indiuiduis multiplicate. Epi
dimia vero est corruptio aeris secundum occul
tam qualitate ex qua egritudines in di
uersis et multis corporibus solum vnius generis
apte sunt multiplicari. Morbus pesti
lencialis est morbus a corruptione illa qua
litatiua causatus que pestilencia dicitur.
Vel est ille morbus cui coniungitur praua
qualitas et occulta a pestilencia causatus
licet morbus ille a pestilencia causatus non sit

de pestilencia

de epidimia

10

12